1622. *Martius.*

Raptus filiae Dom. de Hulhuſen.

Circa finem Martii profectus fuit Craneburgum Otto de Gent, Toparcha in Diedem, cum aliquot equitibus, petiitque à Domino de Hulhuſen, filiam unicam ſibi elocari, jam conveniſſe inter ipſum Gentium procamque ſuam; reſpondet Pater, ignoraſſe ſe, filiae ſuae voluntatem eo uſque proceſſiſſe, et ad prandium eum invitat: quo finito, iterum inſtat Gentius, et, differente negotium Hulhuſio, filiam rapit e conſpectu Patris, matris, fratrisque, eluſo ictu pugionis, a fratre ſibi illato. Remorantur Patrem equites, qui cum Gentio venerant, et, ne filiam proſequeretur, itinera obſident; Gentius multa nocte Arnhemiam appellit, evocataque ſtatim ex urbe ſorore, navem conſcendit, incertum, quo devectus fuerit, latuit enim diu, fruſtra a procae avunculo quaeſitus.

Eodem menſe filia D. Lauwickii, Dom. in Tuil, rapta fuit a famulo ipſius ruſtico.

Impoſt op een tonne biers tot Arnhem, die by den tapper geſleten wort.

Een tonne uytheemſch biers koſt omtrent 5. gulden, daer op is van de Magiſtraet geſet 18. ſtuver,